

((1))

ECLOGA:

In qua fælicissima hujuscce Regni conditio
sub Regis nostri fortissimi,
Gulielmi & Mariæ,
Reginæ imperio Discribitur.

Tityrus. **D**I mihi quid causæ est, Lycida? Qui solus in agris
Errabas, mæstis complens loca sola querelis,
Frangere quiq; tuam jurabas sæpe citram, cicutam.
Nunc lætum gracili carmen modularis avena.

Lycidas. Tytre, tempus erat mihi cum nec cura peculiæ
Nec spes libertatis erat, cum dira tyranus.
Imposuit miseris juga non toleranda Britannis.
Principis ad nutum leges servire coactæ.
Regnabat nostris ceu Rex Fraterculus oris.
Servitium indocilis gens libera ferre, gemebat:
At nunc *Saturni* redierunt secula, regnat *Astraæ*, & toto surgit Gens aurea mundo:
Monstrorum domitor, decus ævi, & gloria gentis.
Humanæ, nostris jam nunc dat jura Britannis;
Imperioq; regit populos parere volentes.
Nutrit rura quies, tuti cum matribus agni,
Errant, bosq; piger, secura perambulan arva.
Rex bonus, O Lycida, nobis hæc otia fecit.

An

